

tes conuersam. Et demolita eris illis
p stipula. et ipsi erunt tibi ignis. et deuo-
rabunt te et ciuitates tuas. terram tuam
et montes tuos: omnes siluas tuas et li-
gnū fructiferū igni comburent. Filios
tuos captiuos ducent. et censum tuū in
pdam habebūt. et gloriam faciei tue ex-
terminabunt.

XVI

U tibi babilon et asia: et tibi
egypte et syria. Precigite ros
saccis et cilijs. et plangite fili-
os vestros et dolete: quoniam appropin-
quauit conuictio uestra. Immissus ē uo-
bis gladius. et quis ē qui auertat illū?
Immissus est in uobis ignis. et quis est
qui extinguat illū? Immissa sūt uobis
mala. et quis est qui repellat ea? Non
quid repellat aliquis leonē esurientē in
silua: aut extinguet ignē in stipula mor-
quando cepit ardere? Nunquid repel-
let aliquis sagittā a sagittano foris mis-
sa? Dñs foris immittit mala. et quis
est qui repellat ea? Erūt ignis et iraci-
dia eius. et quis est qui extinguat eum?
Coruscabit. et quis nō timebit? Tona-
bit. et quis nō pauebit? Dñs cōminabi-
tur. et quis nō funditus cōteretur a fa-
cie ipsius? Terra tremuit et fundamen-
ta eius: mare fluctuat et profundo. et flu-
ctus eius disturbabunt. et pisces eius a
facie dñi. et a gloria uirtutis eius: quo-
niam foris dextera eius que arcū redit
sagitte eius acute que ab ipso mittunt:
nō deficiunt cum ceperint mitti in fines
terre. Ecce mittunt mala et nō reuertē-
tur. donec ueniant sup terrā. Ignis suc-
cenditur. et non extinguetur donec con-
sumat fundamēta terre. Quemadmo-
dū nō redit sagitta missa a valido sagit-
tario. sic nō reuertentur mala que missa
suerint in terrā. Ne mihi. et mihi: Quis
me liberabit in illis diebus? Initium do-
lorū et multi gemitus: initium famis et
multi interitus: initium belloz et formida-

bunt potestates: initium maloz et trepi-
dabunt omnes. In his quid faciā cum
uenerit mala? Ecce fames et plaga et tri-
bulatio et angustia missa sunt flagella in
emendatione. et in his omnibus se non
conuertent ab iniquitatibus suis. neq;
flagelloz memores erunt semper. Ecce
erit annone uilitas sup terrā: sic ut pu-
tent sibi esse directam pacem et tūc ger-
minabunt mala sup terrā. gladius. fa-
mes et magna confusio. A fame enim plu-
rimi qui inhabitant terram interient. et
gladius pdet ceteros qui supauerunt a
fame. et mortui sicut stercora piciunt. et
non erit qui consolet eos. Derelinque-
tur enim terra deserta. et ciuitates eius
deiciuntur. Non derelinquet qui colat
terram et qui seminat eā. Ligna dabunt
fructus. et quis uindemiabit illa? Qua
matura fiet. et quis calcabit illam? Erūt
enim locis magna deserta. Cupiet enim
homo hominē uidere: uel uocem ei? au-
dire. Relinquent enim de ciuitate decē
et duo de agro qui abscederint se in den-
sis nemoribus et scissuris petrarū. que
admodū dum derelinquuntur in oliue-
to et singulis arboribus tres aut quattu-
or oliue. aut sicut in uinea uindemiata
racemi relinquitur ab his qui diligen-
ter uineam scrutant: sic relinquentur in
diebus illis tres aut quattuor scrutan-
tibus domos eoz in rumphea. Et relin-
quetur terra deserta. et agri eius inuete-
rabunt. et uie eius et omnes semite eius
germinabunt spinas eo qd transierit ho-
mines p eam. Iugebunt uirgines non
habentes sponfos: iugebunt mulieres
nō habentes uiros: Iugebunt filie ea-
rum non habentes adiutorū sponso-
rum. In bello cōsumentur. et uiri earū
in fame extrentur. Audite uo ista et co-
gnoscite ea serui dñi. Ecce uerbu; dñi.
excipite illud. ne dijs credatis et quib;
dicit dominus. Ecce appropinquat ma-